

Samuel Bohl Erich Andreae

**Disputatio Prima Super Psalmi decimi sexti Versionem Et Dispositionem Et Apodixin ex accentibus & positu vocum, atque forma inevitabili, tam veritatis coelestis astruendae, quam falsitatis Iudaicae destruendae ergo**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739739352>


Druck Freier  Zugang



Spiele II  
Kleine Unterschiede  
gegenüber Spiele I

Verf. : G. Andreaeritopia

J. Bohl, 18  
R. U. theol. 1638.



DISPUTATIO PRIMA

*Super*

Psalmi decimi sexti

VERSIONEM ET DI-  
SPOSITIONEM ET APO-

dixin ex accentibus & positu vocum,  
atque forma inevitabili, tam veritatis coelestis  
astruendæ, quam falsitatis Judaicæ de-  
struendæ ergo

*Quam*

DEO DUCE

CONSENSU SUPERIORUM

*Publico Doctorum examini, in Academia Rosto-  
chensis auditorio Majori, die Martij 10. Anni 1638.*

*exposita & subiecta.*

PRÆSIDE

M. SAMUELE BOHL, Gryphen-  
berg: Pomeran: S. S. Theol. Studios,

RESPONDENTE

ERICO ANDREÆ RUTCOPIA

Bredalino.

---

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII,

1638

DISPUTATIO

Palini de ...

VERSIQNE ET DI  
STOITIONE ET APO

dux ex accutibus & postu vocum

...



...

M SAMUEL BOHL

...

...

...



**P**salium decimum sextum modo proposituri, unice hoc intendimus, ut quantum principia Philologia admittunt, apodicticam, ex accentuatione, positu vocum, & coherentiâ propositionum, exhibeamus versionem: atq; que potissima nobis cura est, constructionem.

T H E S I S

1. Psalmus hic dicitur מכתם, quæ vox extra Psalmos Davidis, Titulus in quibus sexies occurrit, in totâ scripturâ Sacrà non legitur. Quo- Psalms. modo autem hanc vocem Chaldaus, & 70 interpretes, itemq; Judæi מכתם expofuerint, nostri non est instituti fuse proponere, sed dicere simpliciter quid fit מכתם, quod arbitramur esse *insigne*. Formalis namq; ratio טָּ כְּתָם כִּתְּם consistit in *insigniendo*, & *impressivè* notando. Quam formam assumit etiam Author titulorum in concordantiis Mardochai, quando, post materiales significationes, quæ in subsequentiis vocibus continentur: מִה שְׁפָרוּשׁוֹ וְהִבְ אֶרְ מִן הַדְּפִנִּיּוֹת ita inquit; מִה פִּירוּשׁוֹ דְּבַר יָקָר Et verò omnes voces eandem habentes radicales eandem formam rectè exprimunt per *insigne*, quod pro ratione materiæ substratæ aliud atq; aliud induit nomen. Hic ergo significabit insignem rem, quæ multis nominibus, præ aliis, est insignita: & ratione Psalmi erit egregia atq; insignis oratio. Quæ materiam autem, & subjectum tractationis κειμήλιον, quod meritò omnes æstimamus: sicuti nomine atq; titulo tali meritum Christi, & totius quasi historiæ Messiæ compendiosam representationem huic Psalmo inclusam, quàm commodissimè insignimus.

2. Vox Davidis sumitur hic pro Filio Isai, cui Christus cum beneficiis, ut & totus Psalmus verè fuit *Cimilion*. Quando ergo D. Pomeranus, qui teste Lutero, primus in orbe fuit, qui Psalterii interpretis meritis est dici, vocem Davidis explicat per *Christum*, qui Ezech.

34. hoc nomine venit; respicit ad subjectum tractationis, quod est Christus: de quò, ceu de se, Davidem sapissime locutum esse, manifestum est. Hujus autem fundamentum consistit in regulâ tritâ Philologorum: *In vaticiniis V. T. sepe id dicitur de Patre, quod in filiis post aliquot, ut plurimum, generationes verificatur.* Sic evenire dicitur Genes. 49. Jacobi filiis, qui presentes audiebant decumbentem Patrem, quod באררות היםים in semine demum, & posteris ipsorum, ex parte, adimplebatur. In quò capite quod de Jhudah, Zabulon, Issaschar &c. asseritur, in alios verum accidit. Immo quod in uno Individuo, Samfone, est ad impletum de Dan pronunciatum, quando Jacobus v. 16. dicit: Dan vindicabit populum suum, ceu unus, stigmata Israelis; qui unus salutem procuravit, & ut שפירן pupugit eqvum, et non postes domus disturberet, & occiderentur Philisthæi &c. Hanc regulam in multis Psalmis verificat Spiritus S. quin Apostoli in N. T. hunc ipsum de Christo allegant Psalmum.

3. Hucusq; titulus Psalmi, in quò positus vocum est ordinarius, genitivus enim sequitur. Accentuatio est ordinaria, habet enim סכתם ad דר ut minor & major.

4. Incipit autem Davidis Filius, JESUS NAZARÆUS, ita orare: שמרני אל כי הסיתו בך i. e. *Serva me in terminis meis, o fortis Deus, qui in te latet.* Juxta regulas Philologicas particula *essentialis* & *makkaphata* כי *reducit Præteritum ad Participium*, q. d. *serva me in terminis o fortis Deus, me ceu latentem inte.* In idem autem 70. φυλαξόν με κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, recidit. Aq. & Theod. vocem Ebr: שמרן exprimentes ἰσχυρε animadvertimus. Et quamvis omnes hi, ut & Chaldaus, formas non exprimant, sensus tamen cum explicatione erit unus & idem. Chaldaus enim ita כטר כמיכרך יתי אלקא מטול דסכרית במיכרך. Naturam vocis סכתם plane non refert.

5. His ergo missis dicimus primum de שמרני quòd significet *serva me in terminis.* Luth: *Beware mich Gott; bewaren* enim est in terminis aliquem servare. Formam hanc esse veram exinde probatur, quia & Scriptura S. eam expressè proponit; & omnes materiales significationes sub eâ continentur: *custodire, observare, in facibus manere.* In quem sententiam scriptum est Esa. 6. 4. השמר תשמרני  
tuis

tuis faeibus, noli admittere ut transfundaris ex vase in vas; quod fiet si cum Rege Assyrioru, contra Syros & Israelitas foedus pepigeris.

Termini autem Messiae, ut uno verbo dicamus, erant opus redemptionis, & ad illud ex parte Messiae requisita omnia. Qui termini explicantur in toto hoc Psalmo, & ordine se excipiunt, ut in sequentibus dicitur.

6. לנ Deum notat. Cum autem, ex principiis Philologicis, Deo semper in scriptura sacra pro ratione operum nomen tribuatur, & jam de potentia conservandi in terminis Messiae agi debeat; dicitur hic לנ à robore & fortitudine: quod, ut supra dictum est animadvertit Aq. & Theod.

לנ

7. כר Ebraeorum pro ratione contextus varias habet significationes. Hic non secus ac alibi, cum Makkaphatur, non sequente alia particula, in quam ejus essentia est translata, significat ceu; quae vox latina forsitan à כר Ebraeorum descendit.

כר

8. חסרתי formaliter latui significat, materialiter speravi. Cum autem hic agatur de Messia, voluimus puram eamque purissimam significationem retinere, quae est latendi: Messias enim vi personalis unionis in Deo verè, ut ita loquamur, latebat. Nos autem qui Christiani & fideles sumus per Christum quidem in Deo latemus, at non tam proprie aut principaliter ac Christus. Hucusque: *thema hujus Psalmi*, quod est: *o Deus fortis, & potens, serva me in meis terminis, quia in te latui*. Ubi חסרתי אלהי habent se ut Nomen & Verbum, & ita rectè in accentuatione ut major & minor, in positu vocum ut antecedens & consequens. Sic etiam כר חסרתי בך.

חסרתי

Thema hujus Psalmi

9. Cum autem ipsi de terminis suis ipsi erat agendum, duos terminos generales, eosdemque finales sibi statuit. 1. Salutem Judaorum, 2. Salutem Gentilium. De quorum primo praevidens, ex parte Judaorum, defectum objectione tacita praecipue occupat v. 2 in hunc modum: אמרת לך עלך ליהוה אלהינו אתה טובתי כל עלך Tu dixisti Jhova. Tu meus es Dominus, bonum meum non est super te. Targum ita מללת אנת הובא נפשי קדם יו אלהו אתה כדם שובכי לא מסתי הובא בר מנך sensum non assequitur, בר מנך enim makkaphatum non admittit aequivalentiam בר מנך. At 70. *εἶπα τῷ κυρίῳ, κύριε ὁ μὲν ἐστί, ὁ δὲ τῶν ἀγγέλων μὲν ἐστί, ὁ δὲ τῶν ἐξ ἑσῆς*: propius ad textum accesserunt. Commodius a. Aq. *ἀγγέλων σου μὲν ἐστί, ὁ δὲ τῶν σου, quamvis ambiguitas particulae multis videri posset. Nos ergo, & ut putamus, rectius*

Termini Messiae, v. 2

A 3

cum

cum Luthero volumus, explicare : bonum meum non est super te, seu ad te. i. e. in te boni mei nihil redundat. Sed de his jam specialius.

אמרת

10. אכרת *Tu dixisti*, foeminum est, & respicit naturam humanam in Christo; cujus respectu jure poterat dicere merito, quod Jhovah sit ארני i. e. fundamentum suum, in quo subsistebat, & ut supra dictum, latebat. Protestatur eapropter non immerito suum bonum i. e. meritum, omnia quae agere debebat propter Judaeos, respicientes sese, [ ut in subsequenti versu dicitur ] in Deum non redundare. Quia autem natura eadem cum Jhovâ unum constituit Christum, ideo rectè 70. εἶπα; Luh: Ich hab gesagt/ verterunt. Quod enim fit in unâ naturâ, fit à toto Christo.

לידות  
ארני  
אתה

11. Hoc dicere autem, & obijcere, & tacitâ mentis cogitatione revolvere etiam tendit ad יהוה / ceu mittentem, cui dicit ארני אתה q. d. fundamentum meum, & consistentia mea es tu. Nam ארני formaliter dicitur fundamentum & basis; unde Messias volens agere de fundamento Mediatoris, dicit: Tu Jhovah, quamvis fundamentum sis meum, tamen bonum meum non est super te.

טובתי  
Bonum  
Christi.

12. Bonum meum i. e. omne illud quod in te derivari debebat ex meo officio, ut: *Laus Judaeorum ob salutem; meritum pro iis persolutarium*, quod jam, ob Judaeos non cupientes solutionem pro se necessariam, ad te non venit. nomen ארני praecedit, praesertim cum aliud verbum locum non occuparit. אתה sequitur quia statim pro verbo substantivo. In accentuatione omnia sunt ordinaria & regularia.

73.

13. Ut autem describeret porro, & subindicaret Messias penes quemnam sit culpa quod bonum ejus non sit super Domino, subjungit versum 3. in quod, à se removendo, in Judaeos immorigeros culpam transfert. לקרושים אשר בארץ המה וארירי כל i. e. Propter sanctos qui in terrâ sunt, & magnificè elevatos omnis meae delectationis in ipsis. 70. Τοῖς ἀγίοις ἐν τῇ γῆ αὐτῶν εἰσαμασώσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτῶν ἐν αὐτοῖς. Quid viderint hi Homines, quid ipsis fuerit, & num textum Ebraicū in manu habuerint, vix videmus. Quid Chaldaeo autem supra hunc versum in mentem venerit, conjecturâ non rectè satis assequi, aut hariolari possumus.

קרושים 14.

14. לקרושים dicuntur Judæi, vi formæ, quia ab omnibus gentibus erant segregati atq; separati &c. Unde Deus expressè in lege Moïsis *Judei* quod illud nominis imposuit eis & injunxit. <sup>h</sup> hic significat propter, sicuti modo san- aliàs sape, quod Rab: Salomon agnoscens explicat per בשביר *Qui di. in terrâ sunt i.*, e. qui vivunt in terrâ : & forsan hoc additur etiam אשר ne suboriretur suspicio de Angelis bonis, qui etiam sancti sunt & di- כתר המה

15. Vocantur porro Judæi ארירי magnifici i. e. quos Deus cum ורירי bonore magnos fecerat: sicut forma in magnificentiâ, & honorem, & Magni- robore includere solet, Ponitur autem in regimine, non quasi con- centia Ju- funderetur forma syntactica cum etymologicâ, sed quia sequitur d.eorm. genitivus. Ex principiis autem Philologicis parum interest, si ve ge- nitivus sit grammaticalis si ve sensualis. Cujus sc. sensualis, innumera dantur exempla. Hic autem est genitivus grammaticalis, ita enim veritimus: & magnificos meæ delectationis in ipsis. Quamvis ex sensuali etiam naturam suam accepisse mutuam dici posset. Magnificentia verò collata Judæis fuit ex solo beneplacito Divino, quippe Deus delectabatur in patribus ipsorum. Quomodo hanc delectationem Christus tempore carnis suæ manifestaverit; & quomodo de Judæis rectè dici queat, quòd fuerint causa non devenientis boni Messiani ad Deum, propter rebellionem & perviciam ipsorum, aliis relinquimus. Et inoffenso pede ad continuationem Psalmi progredimur, ubi fufius explicat Christus, quòd soli Judæi in in causâ sint non undiquaq; etiam in Judæâ, absoluti sui termini: quamobrem illis imprecatur pœnas, & illi simul imprecationi uberiorem, causâ neglecti termini, determinationem includit, versu proximo quarto.

16. רבו עזבותם אחר מהרו בל אסך נסכיהם מדם וכו' ורבו עזבותם אחר מהרו בל אסך נסכיהם מדם וכו' h. e. Multiplicentur dolores ipsorum quos alii accelerarunt, planè non libabo libamina ipsorum ex sanguine & planè non assumam nomina ipsorum super labia mea. Sensus mediocriter expresserunt 70, Chaldaeus planè non. Versio autem nostra, ex principiis Philologicis ita confirmatur. רבו multiplicentur עזבותם dolores ipsorum: 70. ἀποφραξάτωσαν, aliud enim est אחר מהרו quos alii accedera-

accelerarunt, donarunt celeriter. In reductione sensus, ex Ebraëa, in latinam linguam occurrit hic Ellipsis, quamvis non sit in idiomate Sacri codicis Ebraeo, quod ex regulâ Philologicâ notum est. *Verbum & Nomen includit simul Pronomen relativum, quando Superabundat.* Sic hoc in loco עציבותם est appropriatum ארר abundat ergo ארר alium significans. מרר significare in Scripturâ S. *donare, cito dare,* non dicemus, ne nimium chartæ perdamus. כל אסוך planè non libabo נסכיהם libamina ipsorum מרם ex sanguine: reliqua sunt facilliora.

כל אסוך  
נסכיהם

מרם  
Libamina  
ex sanguine.

17. *Non libabo libamina ipsorum, i. e. non sicuti illi sacrificabo.* Et additur ratio מרם propter sanguinem ipsorum libaminibus admixtum; ita ut recte dicamus: fuisse illa libamina ex sanguine i. e. nullius momenti, contra mandatum Divinum instituta, sine respectu Messiaë. Adeoq; sanguinem arbitramur hic sumi, sicuti Esa. 1. 15. Ubi scriptum est, manus vestrae plenæ sunt sanguine i. e. peccatis istis, quæ sanguine debent expiari: dum itaq; quarunt expiationem in ipsâ oblatione cumulant peccata. Non memoriabimus hic plura, quomodo sanguine Christi neglecto respexerint tantum Judæi, maximam partem, ad sanguinem victimarum; & quomodo exinde מרם fusius explicare possimus: ut Phraseologia & Philologia modò majorem habeamus rationem, in quâ rationabiliter tali phrasi notatur communitio, quam Christus, qui nunquam in N. T. sacrificasse legitur; nec etiam sacrificiis expiatoriis opus habuit, etiam hic verbis à se facit alienam. Porro ergo: *non assumam nomina ipsorum super labia mea,* est, q. d. Nihil ego eorum quæ illi habent in prærogativis putatis mihi vendicabo, & neq; nomine, neq; dignitate ipsorum me efferram, qui aliud magis & majus, & in quò ego merito lætor habeo.

18. Illis ergo missis, qui a persecutionem termini impedire videbantur, progreditur Messias, & continuat suam ratiocinationem exponendo: quid loco dignitatis ipsorum, locoq; sacrificiorum Judaicorum sibi magnificè sit impertitum, idq; v. 7. יהיה כנת חלקי ויפסיעו ויפסיעו ויפסיעו. וכיסי אתה תומיד גוררי. Tu Jhovah qui es munera portionis mea & calicis mei, tu es ille qui tenens es sortem meam. q. d. Judæi ad Deum veniunt per Sacrificia, quibus oblatis solet eos Deus respicere in gratiâ, quò mediò non indigeo ego; nam sum cum ipso Deo unitus adeò, ut per alium non sit necesse ad ipsum venire,

19. Rhab.

19. *Rhebbia docet* יהיה *esse vocativi casus, cum accedit vox* אהה  
Vox כנה habet kametz, & quamvis videatur talis forma aliàs oc-  
currere in singulari, probabilius tamen sentimus, quod, ob kametz  
impurum, affinitatem quandam habeat cum plurali, sicuti infra dice-  
tur in נחלת alibi זמרת unde vertere voluimus munera, quia Deus  
est verè munera. q. d. cum illo omnia, quæ muneris nomen habent,  
habeo.

כנה

20. Vocem autem *portionis* arbitramur desumi à portionibus  
Judaicis, quibus has suas opponit. Quamvis enim Christus hæredi-  
tatem certam in terrâ Judaica non habuerit, quod docet historia E-  
vangelica, [ non enim quò caput reclinaret habuit ] portionem ta-  
men accepit præ aliis; Unde JESUS NAZARENUS dicere pote-  
rat quòd יהיה esset חלקו / quem etiam כוס vocat; quam vo-  
cem nos per *calicem* expressimus. Si autem Philologica nostra prin-  
cipia velimus sequi, explicamus per *demensum*. Radix enim est כסס  
*numeravit*: hinc כוס *numeratum, demensum* sicuti in hac significa-  
tione venit alibi in Psalmis de impiis, alibi autem de piis, ut Psal. 23. *Messia*.  
ubi tacitæ objectioni, quomodo nō timeamus, si vel in inferno quòd  
tamen contradictorium est, & impossibile, sub Pastore nostro esse-  
mus, ita præoccurritur: כוסי רייה h. e. demensum meum est irri-  
guum. q. d. etiamsi omnia loca plena essent carbonibus obducta,  
ille tamen locus quem mihi adscriptum haberem esset futurus irri-  
guus, ut frui possem amœnitate.

חלקי

וכוסי

Munera  
portionis  
atq; calicis  
sors

21. Hoc posito fundamento argumentatur Messias quàm facile,  
etiamsi quidem Judæi noluerint se Doctorem audire, to us mundus  
& omnes gentiles sibi sint subjiciendi. *Tu tenens es, inquit, sortem  
meam.* Tu in manu tuâ habes, quod mihi dare potes, & quò me in  
meis terminis conservare valēs: & gentes sunt atq; tota Ecclesia. Hæc  
est fors Christi!

הוסיף  
בריה

22. Positus in hoc versu est ordinarius & naturalis. Vocativus  
præcedit, rectus casus post se obliquum habet, verbum, vel ei æqui-  
pollens, fini destinat.

23. Promovemur ergo, & demonstramus quomodo fortis illius,  
quam Deus tenebat, portio nihil aliud sit quàm omnia membra in

B

corpore

7. 6

corpore Christi, & ita omnes homines Christiani & credentes. Id quod vult Salvator, quando versu sequenti 6. dicit. חבלים נפלו בי י. e. Funes ceciderunt mihi in delectabilibus, etiam hereditas pulchruit super me. 70. ita: Εξυμία ἐπέπεσε μοι ἐν τοῖς η̄ραίστοις μὲ, καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μὲ

חבלים  
בנעימים

καρῆσθαι μοι ἐστίν. Funes notant hic partes, funibus quasi distributas, quæ obvenerunt Christo in delectabilibus. i. e. ut maximè delectabiles & amoenæ: quæ fuerunt Gentes, & omnes partes orbis ad Christum conversæ; quæ delectabiles dicuntur in delectabilibus, i. e. Christo. Unde explicatur hereditas per pulchritudinem super Christo, cum dicit: Super me pulchra est hereditas. h. e. illi homines qui hereditate mihi quasi contingunt.

Funes &  
hereditas  
Christi, de-  
lectabilis.

נחלת

24. שפפה נחלת habet Rhebbia compositum quia distinguitur à שפפה & עלי/qua conjunguntur. Nomen חבלים precedit propter oppositionem, ob simplicem inconnexam narrationem, id quod ex aliis locis quamplurimis notum doctis est. Si precessisset נפלו talis exoriretur sensus: Si ceciderunt super me funes in delectabilibus, etiam hereditas mea pulchra facta est super me. נחלת itidem habet kametz, sicut supra כנה ob impuritatem inclusi Vau, & ita notabit hic hereditates, plurale p o singulari; ob mixtionem נחלת & applicationem in individuis; hereditates ergo pulchruit i. e. quodlibet ex hereditate pulchruit.

7. 7

25. Videns ergo Messias fundamentum tantæ hereditatis captandæ esse Dominum, ipseus q; secum unionem; progreditur in versu 7. & ita dicit: אברך את יהוה אשר דעצני את לילות יסרוני כליותי i. e. Benedicam Domino qui scientem me reddidit, etiam in noctibus erudierunt me renes mei, (intimum meum) 70. εὐλογῆσαι τὸν κύριον τὸν συνετήσαντά με. ἐπὶ δὲ καὶ ἕως κυρίου ἐπέδειξάν με. αἱ νεφροί μὲ. Targum. אברך ויהי דמלרני אום אברך לי כוליתך כלותיא דראן לי כוליתך/sensum non expressit, quamvis verba mediocriter. Hoc dubium autem exhibet Chaldaeus, annon dicendum sit; nocte: erudierunt mihi renes meos. Dubium autem nullum esse cy in cira dicit יסרוני quod verbum ut activum assumens.

meis affixum habet post se Nominativum. Oppositio in חָנַן לִי לֵיל non opponitur Domino, sed scientiæ communicationi, quæ videtur fieri de die. Demonstrarem jam quomodo explicatio nostrâ Chaldaicæ necessario sit præferenda, idq; ex Job. 27. 20. verum quia subsequentes aliquot disputationes, hoc, & alia, ex proffesso tractabunt: ad eandem lectorem remitteremus.

26. Omnia hæc in versione sunt ordinaria & regularia, *Qui me scientem reddidit*, Latine rectè, qui *erudit me*: modo vox illa Latina specialem non involveret imperfectionem. Quod autem dicit, *renes mei me erudierunt*, in Christo adimpletum esse satis multa loca Evangelistarum abunde testantur; cum ad Patrem solebat provocare Filius.

27. Immo ut notaret unionem, non obscure addit: *etiam de nocte erudit me intimum meum*. כְּלִיּוֹתֵי formaliter significat, *intimum meum me perficiens*, quod in plenitudine Divinitatis Christi esse subis probandum Theologis relinquimus. Nos autem colligimus illud intimum tale fuisse, quod etiam Christi carne dormiente, naturalesq; actiones suspendente, Christum scire fecit, & in omnibus quasi instruxit. Christus enim in navi, sub tempestate vehementissimâ, dormiens non ignarus erat mali, quod timebant Discipuli, quia intimum ejus יִסְרוּרֵי. Adeo ut plenitudo Divinitatis Christum scire fecerit omnia, quæ ad officii partes expediundas necessaria in Evangelistis mirabiliter audimus.

28. Apodixis hujus versus non est necessaria עָצָה enim formaliter significare *scientem fecit*, probatum est in disputatione 12. *erudiri* pro formaliter: ex quâ locum unicum legis assumimus. Ubi Bileam Messia. ita Balacum alloquitur אֶעֱצֶה ego te scientem reddam quid futurum sit in postremitate dierum. Ut taceamus veteres Interpretes non contradicere.

29. Hoc scire poterat Christum in terminis conservare quia erat à Domino, qui simul Judex erat: quod agnoscens Messias

ita continuat orationem suam in versu 8: שִׁירֵי יְהוָה לְנַגְנֵי  
 תמיד כו כומוני כל אמוט i. e. *posui Iboram coram me perpetuo,*  
 quia est à dextris meis ideo nequaquam dimovebor Chaldaeus rectissi-  
 mè hunc versum expressum extulit לקובלי הדירא ויתיי  
 מטולרשכונתי השריא עלי לא אצווע observans accentuatio-  
 nem תז Athnach & Rhebhia compositi.

30. Cur autem in N. T. legatur *περὶ ὁρίων* non difficulter pa-  
 tet, in Novo namq; Testamento allegati saepe sunt 70. Interpretes, &  
 שוורת non ipsa verba textus Ebraici cum formis suis. Et si vellemus agere  
 Philologos Græcos, etiam hic non sine probabilitate diceremus,  
*περὶ ὁρίων* cum Ebr. שוורת aliqualiter convenire. Arbitramur e-  
 nim ὁρίων Græcorum non formaliter significare vidit, sed tantum  
 materialiter. Forma autem consistit in *determinando* sicut apud Ebr-  
 חצוה determinavit, & vidit significat. Vestigium aliquod hujus si-  
 gnificationis formalis consistit in voce ὁρίων terminum significante,  
 quam vocem ab ὁρίων descendere diceremus. Contractio namq; in  
 vocalem parvam apud Græcos quòd degeneret, non ignotum est. Ut  
 ita *περὶ ὁρίων* sit *ego determinavi, aut terminum constitui.* Sed vale-  
 ant hæc, & elaborentur, si necessaria sunt, ab illis qui Græca ex pro-  
 fesso tractant: nos hæc ut opinionem non ita absurdam proponere  
 voluimus.

31. Versus hic aliàs facilimus est. Dominus positus est coram  
 Messia, quæ enim facere videbat Patrem, ceu se scire facientem, ea fa-  
 ciebat ipse; unde minimus suboriri timor non poterat de infelici-  
 tate assequendi termini generalis. Hoe est quod dicitur כי מומוני  
 כל אמוט i. e. quia ille est à dextris meis ego non dimovebor. Ubi  
 vox dimovēdi est opposita voci שמרני in terminis servandi Messia.

32. His ita præsuppositis gaudet Messias, & confidit se jam in Ter-  
 minis suis conservatum iri, etiam si vel ipsa mors obveniat: quam ob-  
 rem sic habet versiculus 9. לכן שמח לביוגל כבורי אף בשרי  
 9. י. שכן לבטח h. e. *quare letatum est cor meum, & exultavit omne quod*  
*est in me gloriosum, etiam caro mea habitabit confidenter.* 70. Διὰ  
 τὴν εὐφροσύνην ἢ καρδίᾳ μου, καὶ ἡγαλλιάσασα ἢ γλώσσά μου,  
 67

ἐπὶ δὲ ἡ σιμὸς με κἀσκηνοῦσ' ἐπ' ἐλπίδι. Totidem verbis allegata est hæc sententia in N. T. Græco: ubi Ebræorum כְּבוֹרִי expli-  
 cantur per γλῶσσά μου. Insigne exemplum supra propositæ notæ,  
 recentis formas Ebraicæ non perpetuò inveniri in N. T. quod illud  
 assumere solet, quod suo fati est instituto.

כְּבוֹרִי

33. Chaldaicus de verbo ad verbum omnia extulit. *Gloria* signi-  
 ficat omne id, quod est in Messia gloriosum; à quò lingua non ex-  
 cluditur, quæ maxima gloria Messia dici potest. Si etiam velimus  
 juxta regulas accuratiores constructionis Ebraicæ nostram versio-  
 nem reformare, quamvis hic opus non sit, dicendum esset:  
*etiam caro mea habitatura confidenter.* Opponitur enim *Cor, Gloria,*  
 [omne quod in Christo GRAVE est] & *Caro.* *Cor* sumitur pro  
 vitâ, & pro eò, quod vitæ principalis sedes est; & ita pro animâ.  
*Gloria*, pro inhabitante plenitudine Divinitatis, quæ ceu gravita-  
 tem, & pondus, Messia ut & honorem conciliavit. *Caro* venit pro  
 humanâ carne: ut ita unum prædicatum commune, ista tria habe-  
 ant; lætari, & exultare. At ne tacitè objiceretur carnè non habere  
 quod gaudeat, quippe in mortis pulverè esset ponenda, addit: car-  
 nem confidenter habitantem. Et hoc ratione sensus hujus Psalmi  
 est: *Ego totus, totus Messias exulto;* quod è vestigio in versu subse-  
 quenti explicat, ubi de se toto dicit, quòd non sit de relinquendus  
 in statu mortis, sic inquit.

*Gloria  
 Messia.*

לְבוֹ  
 כְּבוֹרִי  
 בְּשָׂרִי

*Sensus hu-  
 jus Psalmi.*

34. כִּי לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לְשָׂאוֹל לֹא תַחַן חַסְדְּךָ לְרֵאשִׁית  
 תַּחַן i. e. *Nam non derelinques me ipsum statui mortis, nec dabis mise-  
 ricordem tuam experiri corruptionem.* 70. ὅτι σὺ ἐγκαταλείψεις  
 τὴν ψυχὴν μου εἰς ἄδην, & δὲ δώσεις τὸν ὄσιόν σου ἰδεῖν διαφθορᾶν.  
 Eadem verba retinet N. T. nisi quòd pro ἄδην ponat ἄδης.

v. 10.

35. *Anima* hic sumitur pro toto Christo. Totus enim Christus  
 erat in statu mortis, & revera mortuus erat. Similia loca si pro  
 hac significatione adducemus, actum ageremus. Status autem  
 mortis est illud tempus quod inter vitam naturalem in cruce ter-  
 minatam, & illam post resurrectionem gloriosè inchoatam, inter-  
 cessit. לְשָׂאוֹל significare, docet Genesis, & alia scripturæ dicta, si-  
 cuti & Græcorum ἄδης hoc in Genesi notat juxta 70. Interpretes.

לֹא תַעֲזֹב  
 נַפְשִׁי  
 לְשָׂאוֹל  
*Status  
 mortis  
 Christi.*

B 3

חֲסִיד 26

חסד

36. חסד notat misericordem, & sapissime misericordiã affectum  
Non quasi activum & passivum alternarent, sed quia forma utrinq; id  
ex sese involuit. Significat enim חסד illum, cui exprobratio obtingit.  
Quæ cum in malam sumitur partem significat Scelus, ut in voce סור  
notum est: in bonam verò significat laudem, & gratiarum actionem;  
quando quis vel beneficia exercet, vel pro beneficiis præstitis gratias  
agit. Ut ita notet eum, in quem cadit exprobratio tam activa, quam  
passiva. Utramq; videtur hic ipse locum habere. Christus enim  
homo est חסד misericordiã, præ reliquis omnibus, affectus: quòd &  
in persona Dei subsistit, & consequenter juxta legẽ impossibilitatis  
mortem non videat, sicut & Petrus Act. 2. 24. loquitur. *ὅτι ὁ θεὸς ἀνε-  
σησε, λύσας τὰς ἰσθμιας τῆ θανάτου, καὶ ἵστην ἑν δυνάμει θεοῦ  
κατατίθει αὐτὸν ὑπὲρ πάντων.* Cujus impossibilitatis fundamentum  
putamus allegari ex Psal. hoc 16. in quo unio personalis non obscu-  
rè describitur.

Christus  
misericor-  
diã affectus

לאת  
שחת

Corruptio-  
nis gradus.

37. Videre corruptionem, est corrumpi. Unde Luth. Du wirst  
nicht zugehen/das dein Heiliger verwese. Quòd autem שחת revera  
notet διαφθορὰν evincitur ex alio commodo loco Psalmi 49. v. 10.  
ubi de piis, animã liberatis dicitur; quòd in æternum non ex-  
perturi sint שחת corruptionem, id quod contextus omnino videtur innuere.  
Job. 17. 13. 14. Rei hujus, hi recensentur gradus. 1. שחל i. e. status mor-  
tuis, quando dicit: אם אקה שאחל נתי. 2. חשך i. e. tenebra. In  
morte enim, inquit: כחשך כפרתי ויצועי / & propriè notat sepul-  
turam, sicut prius mortem. 3. שחת corruptio, quando in-  
quies pergit: לשחת קראתי אבו ארה / postquam enim sub terrã delitu-  
erint aliquandiu corpora, solent corrumpi. 4. רמה Vermes, qui ex  
corrupto corpore nascuntur, ita namq; insit: ואמר ואחתני לרמה  
corruptio enim est Pater generans, ex verme vermem.

חסדודך

Finis ter-  
minorum  
Messie.

38. In textu legitur חסדודך cum Jod. Masorothæ autem nota-  
runt legendum esse sine Jod, cum inquirunt: ותר יוד.

39. Ut tandem suorum terminorum non tantum ordinem &  
progressum, sed & finem ipsam attingat, ob quem meritò cor Messie  
lætetur, versum addit ultimũ. וודיעני ארה חיים שבע שמתות  
ואמר ואחתני לרמה i. e. Notificabis mihi viam vita-  
nis

rum, saturitatem gaudiorum cum facie tua, amœnitates in dextrâ tuâ  
perpetuitatis.

40. תיריעני formaliter significat tu complecti me facies. Nam non scivit tantum vitam, sed & revera complexus est: quia, ut ita loquificeat, *viam vitam* calcavit. Complecti autem, & quâ ratione acceptum, תיריע quod significet, in ordinario formalium significatorum scrutinio demonstrandum ablegamus. Interim putamus hanc vitam innui *vitam in genere*, unde תיריע legimus: quæ vita complectitur sub se 1. *vitam post resurrectionem*, quando ex שאתר sive statu mortis liberatus Christus vivebat his in terris in gaudio cum facie Dei i. e. cum *לפניו* vel in *לפניו*, qui est facies Dei: antea namq; semper patiebatur, & de saturitate gaudii non poterat totaliter gloriari, sicut post resurrectionem. Et quamvis את פניך / coram facie, videtur notare; subjectum tamen semper animadvertendum; quod cum heic sit Christus, eodem modo cum facie Dei est, quomodo jam est descriptum. 2. *Vitam post ascensionem*, quæ erat *amœnitas Jesus Nazareus in dextrâ Dei*. cum ipse ad dexteram Dei sedens; in dextrâ Dei esse, & in potentiâ illâ universali manere rectè creditur & dicitur: atque ita quidem ut sit *דצח* dextera perpetuitatis & æternitatis. *צח* æternitas à vincendo, quia æterna vincunt omnia, & ultima manent: ut iterum rectè dicamus: dexteram hanc, esse dexteram victoriæ, in quâ jam nostra caro in Christo exaltata pro nobis intercedit: miseris mortalibus.

Hæc est versio, & prima in Psalmo pars tractationis, quam obiter, Philologicis principiis allegatis, in medium ponere volumus. In subsequentibus aliquot disputationibus eandem, & specialiora, quamplurima, quæ hic sunt intermissa: certis & infallibilis *ἀποδείξει* adhibimus probatum: ad quas non solum eadem rejiciemus, sed lectorem etiam benevolum ablegatum volumus.

FINIS.


תיריעני

Via vitam  
Mef-  
sie.

את  
פניך

את פניך

Amœn.  
Christi in  
dextrâ  
Dei.  
צח







rum, saturitatem gaudiorum cum facie tua, amenitates perpetuitatis.

40. תרועני formaliter significat tu *complexi me* non scivit tantum vitam, sed & revera complexus est: qui licet, *viam vitarum* calcavit. Complecti autem, & acceptum, ריע quod significet, in ordinario formalium num scrutinio demonstrandum ablegamus. Interim vitam innui *vitam in genere*, unde חייב legimus: quæ vitatur sub se i. *vitam post resurrectionem*, quando ex אר mortis liberatus Christus vivebat his in terris in gaudii Dei i. e. cum *לוגו* vel in *לוגו*, qui est facies Dei: antea per patiebatur, & de saturitate gaudii non poterat totaliter sicut post resurrectionem. Et quamvis אר פניך / coratur notare; subjectum tamen semper animadvertendum heic sit Christus, eodem modo cum facie Dei est, quod modum scriptum. 2. *Vitam post ascensionem*, quæ erat *amenitas in dextera Dei* cum ipse ad dexteram Dei sedens: in esse, & in potentia illa universali manere rectè creditur que ita quidem ut sit אר dextera perpetuitatis & æternitatis a vincendo, quia æterna vincunt omnia, & ultimum iterum rectè dicamus: dexteram hanc, esse dexteram quæ jam nostra caro in Christo exaltata pro nobis inter mortales.

Hæc est versio, & prima in Psalmo pars tractationis, Philologicis principiis allegatis, in medium ponentibus. In subsequentibus aliquot disputationibus eandem, & quamplurima, quæ hic sunt intermissa certis & infallibiliter probatum: ad quas non solum eadem rejiciendum, sed lectorem etiam benevolentem ablegatum volumus.

FINIS.

the scale towards document

תדע

ia vita  
m Mes-

את  
פניך

את פניך

man.  
bristi in

xtera

ri.

יע

